



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De  
Vita Gregorii VII. Pontif. Max.**

**Paulus <Bernriedensis>**

**Ingolstadii, 1610**

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, Dilecto In Christo fratri Ottoni,  
Constantiensi Episcopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

GREGORIVS EPISCOPVS SERV-  
VVS SERVORVM DEI, DILECTO IN  
Christo fratri OTTONI, Constantiensi Epi-  
scopo, salutem & Apostolicam  
benedictionem.

**C**ONSTANTIA nunciorum tuorum fe-  
stinanter redire volentium non permisit  
nos fraternitati tuæ, quæ in Romana Synodo  
constituta sunt, seriatim intimare. Hæc tamen  
necessariò tibi scribenda fore arbitrati sumus:  
nos, iuxta auctoritatē SS. Patrum in eadem  
Synodo sententiam dedisse: ut hi, qui per Simo-  
niacā heresin, hoc est, interuentu pecuniæ ad a-  
liquem sacrorum Ordinum gradum, & officium  
promoti sunt, nullū in sancta Ecclesia ul-  
terius ministrandi locum habeant. Illi quoq;  
qui Ecclesias datione pecuniæ obtinent, omnino  
eas perdant: nec deinceps vendere, vel emere a-  
licui liceat. Sed nec illi, qui in crimine fornicationis  
iacent, missas celebrare, aut secundum  
inferiores Ordines ministrare altari debeant.

Statuimus etiā, ut, si ipsi contemptores fue-  
rint nostrarum, imò SS. Patrum Constitutio-  
num, populus nullo modo eorum officia recipi-

F 3 at:

*Recitat hanc  
Epist. etiam  
Bernaldus in  
Apologético  
pro Greg. VII.  
cap. 1. Ad eun-  
dem est Epist.  
60. lib. 2. Reg-  
is. Habita est  
hæc Synodus  
Anno 1075.  
Lege Bar. hoc  
anno.*

*Hæc decreta  
defendit ex in-  
stituto Bernal-  
dus in suo Apo-  
logético, nuper  
à nobis editus  
Tom. 2. Defens.  
Bellarm.*

at: ut qui, pro amore DEI, & officij dignitate non corriguntur, verecundia seculi, & obiuratione populi resipiscant. Studeat igitur fraternitas tua, se in his nobis cooperatricem exhibere; sic crimina ista de Ecclesiis suis radicitus euellere, quatenus boni pastoris meritum apud DEVM valeas obtinere, & Romana Ecclesia de te, sicut de charissimo fratre, & studioso cooperatore debeat gaudere.

Qua verò contumacia prænominatus Episcopus decretis salutaribus resultauerit, vel potius insultauerit, sequens Epistola prodit.

\* De hoc Ottonem ita Chronicum Constantiense editum à D. Pistorio.

Otto de Gotzlar ciuitate Saxonie 35.

Anno Domini

MLXX. Antistes fit,

ad quod præfatus

Henricus huius nominis

quartus, dum

id præceperit,

dixit. Noluit

Collegium

Constantiense

præfulè ido-

neum habere,

capiant igitur

hunc stultum

Ottonem in

Episcopum.

Hic deniq;

Episcopus

contra summi

Pontificis

Gregorij (VII.)

mandatum,

dicti Henrici

partes fouet.

Quapropter

excommunicatus,

in exilium

missus, &

Anno M. LXXIV.

propter excommuni-

catione mor-

tuus, Basileæ

sepultus est.

Præfedit

annis sex è

tribus, reliquos

autem in

exilio contriuit.

GREGORIVS SERVVS SERVORVM DEI \* OTTONI Constantiensi Episcopo, salutem, & Apostolicam benedictionem.

**R**ELATVM est ad nos de fraternitate tua, quod satis inuitus & mæstus audiui, quodq; si vel de extremo Christiana plebis membro ad audientiam nostram deferretur, seu maiore districtiois disciplina censura esset pro-

neum habere, capiant igitur hunc stultum Ottonem in Episcopum. Hic deniq; Episcopus contra summi Pontificis Gregorij (VII.) mandatum, dicti Henrici partes fouet. Quapropter excommunicatus, in exilium missus, & Anno M. LXXIV. propter excommunicatione mortuus, Basileæ sepultus est. Præfedit annis sex è tribus, reliquos autem in exilio contriuit.